



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 20. Declaratus locus quidam è Ciceronis Hortensio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Qui non cœnat, & vngitur Fabulle,
Is verò mihi mortuus videtur.

& quidam Græcus Epigrammatum scriptor ait, malle
se viuum madere vnguentis & vino, quam virtumque
seruare ad exequias suas. sed ea quidem res dubitatio-
nem non habet. quare utroquis modo legerit, pecca-
turum non crediderim. Id quod sequitur, *addictum*
feris alibus atque canibus, Homericum est: nota enim
funtilla, — aut̄ δέ εἰλάσια τελχειανάσιν

Οἰωνοῖστε πᾶσι. &c.
Οὐ δέ κ' ἐγὼν ἀπένδει μάχης πίστον τε γονόν,

Μημάζειν παρέγνωσι κορωνίσι, & οἱ ἔπειται

Αριονέστει) φυγέν κύνες, οὐδὲ διωνύσι.

epitheton quoque, quo Hēctor ornatur, ex eodera
poëta sumptum est:

— εὗτ' αὖ πολλὸν δέ Ευτρόπος ἀνδροφόνοιο

Θησαυροὺς πίπαστ. &c.

Θεωρεσίρ αλελήτω δέ Ευτρόπος ἀνδροφόνοιο

Φόλγουτες. itemque,

Ευτρόπος ἀνδροφόνοιο κάρη μὲν χερσὶν ἔχεσθαι.

languidius tamen, &c. ut ita dixerim, eneruatus est La-
tinum, quam id Græcum unde expressum est. ἀνδρο-
φόνος enim significari videtur is, qui viris fortibus in
acie animam eripiat: at homicida magis est αὐθαροκτό-
νος. vt quantum inter hominem & virum interest,
tantum inter hæc duo epitheta interesse videatur.

Declaratus locus quidam è Ciceronis Hortensio.

C A P V T X X .

CICERONIS ex Hortensio apud Nonium haec
verba referuntur. An cum videat me, & meas co-
mites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, con-
stanciam, gravitatem, fidem, ipsa se subducat? quamvis
F 3 autem

Aeneas Mauret.
Varia Lectione.

LIII
25

86 M. ANT. MVR. VAR. LECT. LIB. III.
autem liber ipse non extat, tamen non est difficile ho-
mini in Ciceronis scriptis exercitato videre, quos
illa dicta essent. Erat enim magnis inter philosophos
agitata contentionibus quæstio: posset ne quis in tor-
mentis beatus esse. Theophrastus dixisse putabatur,
vitam beatam in rotam non ascendere. Stoici con-
pugnabant: & qui beatitudinem in sola virtute pone-
rent, acerrimè defendebant, etiam in saeuissimis asper-
timisq. cruciatibus, hominem virtute præditum bea-
tum fore. Vtebantur autem ad eam sententiam illu-
strandam, & subiiciendam ante oculos quadam ima-
gine: vt dicerent, cum chorus ipse virtutum raperetur
ad tortorem, beatam vitam non subducere se, neque
manere extra ostium, sed illas usque comitari. Cicero
igitur aut iustitiam, aut quam aliam virtutem, sed iu-
stitiam, vt puto, ea de quibus agitur verba dicentem
fecerat, id ita esse cognoscitur è v. Tusculanarum, vbi
Cicero ipse ita loquitur: *Quid igitur? sola ne beata vita*
quoso relinquitur extra ostium limenq; carceris, cum
constantia, grauitas, fortitudo, sapientia, reliquaq; virtutes
replantur ad tortorem, nullumq; recusent nec supplicium, nei-
dolorem? & in eodem libro: Dabit, dabit, inquam, se in
tormenta vita beata, nec iustitiam, temperantiam, in pri-
misq; fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam pro-
fecuta, cum tortoris os viderit, consistet, virtutibusq; omni-
bus sine ullo animi terrore ad cruciatum profectis, resistet
extra fores, vt antè dixi, limenq; carceris. Possem multo
plura colligere, quæ hoc verum esse ostenderent: sed
hæc satis esse duco.

M. AN.